

Letter 476: 11 May 1532, [Strasbourg], Capito to Simon Grynaeus

The autograph original is in Cracow, Biblioteka Jagiellońska, Berlinka f. 91, no. 50.

S. Si per Deum ac senatum licebit ad synodum certo veniam. Nam inscio magistratui superiorem profectionem et institui et absolui, quo fit, ut abeundi facultatem iam aegrans concedendam credam. Quanquam Bucero simul incumbeunte, ut omnis incumbet tantillum spacii facile vel ab invitis extorquebo. Quod praestaret literis vestris impetratum iri, ne pateat occasio onerandi malis suspicionibus studium hoc meum in laceras undique ecclesias, quodquod isti levitatem animi cupiditate circumcursitandi inflammatam interpretantur. Quos rumusculos ut facile contemno, ita studeo avertere pro viribus.

Quod mihi auspicatum fore esse hoc meum coniugium precaris habeo gratiam. Neque animus infelicia ominatur, postquam viduae mores mirifice puellares atque adeo sequaces ad manum fingentis mariti etiamnum videntur, et tamen demortui locum aegre implebit, etc. Vale. 11 Maii anno 1532. Fratres ex me diligenter salutabis, si in eos per occasionem incideris, sed et Bucerus te salutatur officiosissime.

V. Capito tuus.

[Address]: Viro undecunque doctissimo Simoni Grynaeo, amico ac praeceptori suo. Basel.